103

2443.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Secunda ante Festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

9/XI.

Terleccy Terleckiemu obligant.

1509

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Præmyslien[sibus] Nobiles Demian Patrus et Eliaș Filiaster Terleccy sani mentibus et corporibus existen[tes] a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Iuribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi ambo in solidum bona sua propria et hereditaria infrascripta videlicet Zanur Pola od grani[cy] Terleckiey na Stoionim ad fontem seu torrentem Perewa dictum sese protenden[tia] inter metas a bona Nobilium Terleckich ab altera vero parte Nobilium Terleckich Bandwrowskich [?] in bonis villæ Losocky Terra et Districtu præsenti Præmysliensi iacen[tia] et consisten[tia] cum omni præmissorum iure dominio proprietate titulique obligationis omnibusque et singulis bonorum eorundem vtilitatibus fructibus prouentibus redi-

nalis commodis emolumentis proventibus [illegible] et perti-
nentiis generaliter universis. Nihil ex [illegible] juris domi-
nii proprietatis actualitatis competentiis et praerogativis pro
se Recognoscentibus suisque successoribus aut quopiam alio reser-
vando [illegible] exigendo. Verum prout praemissa omnia ipsimet
Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant [illegible]
concernebant eaedem legitime tenebant [illegible] et
de facto Nobili Nicolao Perlecki Szymkowicz et ipsius poste-
ris in Summa Septuaginta Florenorum Polonicalium [illegible] per
se Recognoscentes levata et realiter percepta de qua se pens-
quietantur. Hinc et ab instanti ad Festum Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli post Biennium integrum tunc
proxime venturum incidens et in defectu tunc bonorum
eorundem exemptionis summisque suprascriptae Septuagin-
ta Florenorum Polonicalium totalis et integrae realisque per-
solutionis et sic de Biennio ad Biennium Festo ad tem-
pus simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
sese determinante Bienniis et Festis sese continue et
immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorun-
dem summisque suprascriptae totalis et integrae realem et effe-
ctivam persolutionem obligavit inscripsit et inviadiavit
prout obligat inscribit et inviadiat praesentibus. In quae
quidem bona suprascripta praesentibus per se Recognoscentes o-
bligata et inviadiata tam exnunc et de facto iidem Reco-
gnoscentes Nobiles Demian et Elias Perleccy praefato
Nobili Nicolao Perlecki Szymkowicz obligatorio suo
eiusque posteris coram officio praesenti dat et admittit realem
intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Mi-
nisterialem Generalem competentem et Nobiles duos die-

2445.

quacunq voluerit effectuose acceptandam. Per ipsum Nobilem Nico
laum Perlecki Szymkowicz obligatorium suum et ipsius posteros
hæc eadem bona suprascripta præsentibus obligata et invadiata cum
universis eorum utilitatibus et usufructibus attinentiisq et perti
nentiis gnaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisque
quiete et pacifice uti fruendi ac ad usus suos suorumq successorum
quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter con
vertendi modo ac iure obligatorio. Debentq et tenebuntur memo
rati Recognoscentes Nobiles Perlecy prout se ac suos succe
res in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecunia
riis quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili Nicolao Per
lecki Szymkowicz obligatorio suo inscribit et obligat præsenti
bus. Ipsum et ipsius posteros in dictis bonis præsentibus
per se Recognoscentes obligatis et invadiatis et ratione
eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica qua
rumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus
cuiusvis existentium exorienda et emergenda in omni Iudicio
et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defende
re evincere intercedere ac eliberare indemnemq cum posteris fa
cere et reddere. necnon hæc eadem bona suprascripta præsenti
bus per se Recognoscen obligata et invadiata ab omnibus in genere
re iuribus inscriptionibus prioribus et posterioribus super præmis
sa omnia modo quovis cuicunq personarum factis et faciendis
tum etiam a quibusvis citationibus super eadem bona su
prascripta modo quocunq importatis et importandis lueris denique
et perlucris processibus iuris quibusvis in quocunq puncto
et gradu iuris dependen et in quovis Iudicio et officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super Summissis omnibus præsentibus
obligatis perductis et perducendis emundare et elibera
re mundaq et libera semper facere et reddere, ac etiam

2446

intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo
bonorum eorundem praesen. inuadiatorum dum per summalem
competentem et nobiles duos officiose requiretur non denegare
imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter
admittere dataq. et admissa eadem possessionem et usum fructum
praemissorum omnium praesen. obligatorum et inuadiatorum
tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non praepedire nec adimere, ipsumq. obligatorium
suum et ipsius posteros in praemissis omnibus praesentibus
obligatis et inuadiatis nullo modo inquietari. Ita ut hic eadem
bona praemissaq. omnia praesen. obligata et inuadiata is idem
obligatorius suas cum suis posteris quiete et pacifice praesentis
obligationis vigore tenere et possidere queat illisq. uti frui possit
usq. ad exemptionem bonorum eorundem summaeq. suprascriptae
totalis et integrae realem et effectivam persolutionem. Idque sub
vadio summae suprascriptae simili aliorum videlicet septuagin
ta florenorum Polonicalium per eosdem recognoscentes supra
scriptos nobiles Perlecki suo eorum successores suprascripto
obligatario suo et ipsius posteris ob non completionem praemis
sorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toti
es quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo
quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac prore ali
qua principali ex praemissis non completa complenda praefati exi
stentes memorati recognoscentes nobiles Demian et Elias
Perlecki aut eorum posteri ad instantiam suprascripti nobilis Ni
colai Perlecki Szymbowicz obligatorii sui suorumque successorum
ad officium praesens castren. capitan. Praemyslien. ex tunc re et ipso
suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in
primo citationis termino tanquam peremptorio stare, in ipsa
rere respondere vadium praetactum luere, inscriptioni huic satis fa
cere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque

ac suos Succores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesen[ti]
Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes Causa eiusdem Terminos Semper peremptorios ve-
ra infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione
intra vel extra Regnum Servitio militari ad muniendum a d
evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra
proximos Officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos
dilationem sibi non recipiendo nullasque monitiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo praemissaque omnia praemis-
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibusque facta
lis Juris praescriptione Terrestri bello conventioneque ac aliis
quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo
nec alio quovis modo evadendo. Hac Sua praesenti personali
li recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta pridie Festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 10/XI

Terlecki Consorti Suae Advitalitatem Inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus